

PACIANUS † 390. Epistolas 3. cont. Novatianos, Paræneticum ad Pænitentiam, Libel. de Baptismo ad Catechumenos.

OPTATUS Ep. *Milevitanus* † sec. 5. LL. 7. cont. Parmenianum Donatistam, quorum 7<sup>us</sup> est dubius.

AMPHILOCHIUS Ep. Iconiensis an. 404. adhuc vivus, ep. Synodicam, præter vitas et orationes plures, sed dubias.

*Fragmenta supersunt*

EX PETRI Alex. L. de Pænitentia;

EX OSH Ep. Cordubensis epistolis;

EX EUSEBII *Edesseni* Homilii in Evangelia et LL. Hypotheseon in ep. ad Galatas;

EX EUSEBII Ep. *Vercellensis* epistolis;

EX LEONTHI Phrygis Orat. de S. Babyla;

EX PETRI Ep. Alex. epist. encyclica;

EX THEOPHILI Alex. volumine adv. Origenem et epp. Paschalibus;

EX JACOBI NISIBITÆ sermonibus:

*Deperdita sunt*

ASTERII Commentarii in Scripturam et L. cont. Marcellum;

FORTUNATIANI Ep. Aquileensis Commentar. in Evangelia;

TRIPHILII Ep. Ledrorum Comment. in Cantica;

HELIODORI L. de natura rerum exordialium;

EUSEBII *Emissen* homiliæ;

AUDENTHISP. L. de fide cont. omnes hæreticos;

MAXIMI Ægyptii L. de fide cont. Arianos;

FLAVIANI Antiocheni epistolæ etc. etc.

SECULUM V.

JOANNES CHRYSOSTOMUS natus 347. Antiochiæ, adolescens navatam Philosophiæ ac Oratoriæ operam an. 367. transtulit ad sacras litteras et vitæ spirituali totum se dedit, declinandi Episcopatus ergo an. 372. in solitudinem etiam profugus. Reductus hinc Antiochiam an. 381. Diaconus, an. 386. Presbyter creatus, virtute et eloquentia sacra evasit celebris adeo ut an. 398. Episcopus Constantinopolitanus postularetur. Hoc munere ingenti cum fructu perfunctus, an. 402. ob Fratrum Longorum defensionem Theophili Ep. Alexandrini inimicitias, an. 403. ob zeli libertatem Eudoxiæ Imperatricis indignationem incurrit; ideoque bis exul, an. 407. obiit. Opera illius, quæ a Veteribus ultra 5,000 numerantur, græco latina 13 Tomos amplissimos complent. Exstant præprimis COMMENTARIUM in Scripturam; quoad Vet. quidem Testam. Homiliæ exegeticæ 67. in *Genesin*, aliæ plures, sed defloratrices tantum, in reliquum *Pentateuchum*, *Libros Regum*, *Psalms* et *Prophetas*: quoad Nov. Testam. vero, præter singulares et parabolarum, et dictorum aut factorum aliquot explanationes plures, Homiliæ exegeticæ 91. in *Matthæum*, 88. in *Joannem*, 53. in *Acta Apostolorum*, 32. in ep. ad *Romanos*, 74. in ep. ad *Corinthios*, commentar. perpet. in ep. ad *Galatas*, HH. 24. in ep. ad *Ephesios*, 15. in ep. ad *Philippenses*, 42. in ep. ad *Colossenses*, 16. in epist. ad *Thessalonicenses*, 28. in epist. ad *Timotheum*, 6. in ep. ad *Titum*, 3. in ep. ad *Philemonem*, 34. in ep. ad *Hebræos*. Deinde EXPOSITIONES tum homilicæ tum panegyricæ de Christi Domini *Nativitate*, *Baptismo*, *Passione*,

*Resurrectione*, *Ascensione*, et de *Pentecoste*; nec non de 30 *Sanctis* et amplius. Præterea LIBROS 6. de *Sacerdotio*, 6. de *Pænitentia*, 6. de *Fato et Providentia*, 3. de *Providentia*. Item Opera DOGMATICA, HH. 6. cont. *Anomæos de incomprehensibili Dei natura*, 6. cont. *Judæos*, 1. cont. *Gentiles*, 3. adv. *vitæ monasticæ contemptores*; demonstratio, quod *Christus sit Deus*; de *Consubstantiali*; *Dæmones non gubernare mundum*: MORALIA, *Exhortationes* 2. ad *Theodorum*, 2. de *Compunctione*, 2. ad *viduam juniorem*, 2. de *Precatione*, de *Virginitate*, de *Pænitentia*, de *Jejunio*, de *Eleemosyna*, de *Mansuetudine*, de *ferendis reprehensionibus*, de *Ira*, contra *Ignaviam*, non esse *desperandum*, *Peccata fratrum non esse vulganda*: MISCELLANEA, HH. 21 de *Seditione seu de statu*, de *pace*, ad *Catechumenos*, ad *Neophytos*, de *Diabolo*, de *mutatione nominum in scriptura*, de *cohabitatione mulierum cum regularibus*, de *recipiendo Severiano*, in *eos qui sorores adoptivas habent*, in *Eutropium*, in *eos qui in Paschate jejunant*, aut qui *jejunant cum Judæis*, quod *nemo læditur nisi a se ipso*, *utilem esse lectionem Scripturæ*, non esse ad *gratiam concionandum*, *quales ducendæ sint uxores*, cum *fieret Presbyter*, cum *iret in exilium*, post *reditum ab exilio*. Denique EPISTOLAS, 1. ad *Episcopos carceri inclusos*, 2. ad *Innocentium Papam*, 17. ad *Olympiadem*, 225. ad *diversos*. Fides ipsius erat purissima, ingenium summum, scientia redundans, eloquentia aurea: *Stylus* perspicuus, splendidus, Atticus. *Editio* Bernardi Montfaucon Parisiis 1718.

HIERONYMUS an 340. Stridone in Dalmatia natus, litteras profanas et pietatem Romæ, ubi trigesimo tetatis anno proximus baptismum recepit, edoctus, augendæ eruditionis studio cir. an 372. Aquileiam primum discessit, indeque peragrata Gallia in patriam reversus, nauseam seculi cepit. Unde profectus in Orientem, an 374. solitudinem Palæstinæ sub Abbate Theodosio incoluit sexennio, interim a Paulino Antiocheno initiatus sacerdotio, sine certo tamen ad singularem Ecclesiam nexu. Abhinc post annuam sub Gregor. Nazianzeno Constantinopoli commorationem, a Damaso evocatus an. 381. Romam reversus, Pontifici a litteris et consiliis fuit. Digressus inde an. 385. perlustratis Ægypti monasteriis et Alexandria, in Palæstinam redux in Bethlehem consedit; ubi et an. 420. post toleratam Barbarorum et Pelagianorum suum in cœnobium incursionem, obdormivit in Domino. Prodierunt illius studio: *Versio* vel *Emendatio* totius Scripturæ, ex qua *Vulgata* emersit; COMMENTARIUM in *Ecclesiasten*, *Prophetas majores et minores*, *Matthæum*, et *Epistolas ad Galatas*, *ad Ephesios*, *ad Titum*, *ad Philemonem*; LIBRI 1. adv. *Helvidium*, 2. adv. *Jovinianum*, cum *apologia* pro iisdem epistolarum gemina ad Pammachium et una ad Domnionem; 1. adv. *Vigilantium* cum ep. ad *Riparium*, 1. *Dialog. adv. Luciferianos*, 5. *Apologia adv. Rufinum*, 3. *Dialog. adv. Pelagium*: Item Continuatio *Chronici Eusebiani*, *Catâlogus Scriptorum Ecclesiasticorum* seu L. de *Viris illustribus*, et *Vita Pauli*, *Hilarionis* ac *Malchi*: denique EPISTOLÆ plures partim exegeticæ, partim polemicæ, partim panegyricæ aut paræneticæ. Exceluit, omnium judicio, linguarum sanctarum peritia, eruditionis copia, eloquentia naturali, et rationum abundantia. *Stylus* purus, elegans, nobilis, et contra hæreticos reciproca acrimonia pungens. *Editio* Vallarsi et Maffæi Veronensis 1734.

ÆRELIIUS AUGUSTINUS an. 354. natus Tagastæ in Africa, tum Medauri tum

Carthagine studia emensus, sed ibidem an 374. Manichæorum erroribus imbutus, inde Romam; et post annum Mediolanum an. 384. pervenit Eloquentiæ magister. Conversus hic a S. Ambrosio et an. 387. baptizatus, rediit in Africam, Hippone an. 391. Presbyter, an. 395. Coepiscopus ordinatus; et post innumeros pro Ecclesia labores an. 430. vita functus. Opera ejusdem 10. Tomis, melius ordinatis, comprehensa recensentur hac serie. Tomo I. præmittuntur, catalogi vices obituri, Libri 2. *Retractationum*, et 13. *Confessionum*. Sequuntur scripti ante Presbyteratum Libri 3. *cont. Academicos*, 1. *de Beata vita*, 2. *de Ordine*, 2. *Soliloquiorum*, 1. *de Immortalitate Animæ*, 1. *de Quantitate animæ*, 6. *de Musica*, 1. *de Magistro*, 3. *de Libero Arbitrio*, 2. *de Moribus Ecclesiæ*, 1. *de Vera Religione*, *Regula ad servos Dei*. T. II. Continentur EPISTOLÆ 270. in 4. classes distinctæ: quarum 3 priores secundum chronologiam ordinatæ sunt, et pro initiali epocha habent 1<sup>a</sup> quidem annum 386, 2<sup>a</sup> an. 396, 3<sup>a</sup> an. 411; 4<sup>a</sup> autem eas, quarum chronotaxis incerta est, complectitur. T. III. Exhibentur COMMENTARII in Scripturam bipartiti, in prima quidem parte recensentur Libri 4. *de Doctrina Christiana*, 12. *de Genesi ad litteram*, cum uno ejusdem nominis imperfecto. 7. *Locutionum*, 7. *Questionum in Heptateuchum*, 1. *Annotationum in Job*, 1. *Speculi seu Epitomes continentis doctrinam morum*. In secunda autem, Libri 4. *de Consensu Evangelistarum*, 2. *de Sermonem Domini in monte*, 2. *QQ. Evangelicarum*, 1. *Questionum septemdecim in Matthæum*; TRACTATUS 124. *in Joannem*, 10. *in ep. Joannis*; EXPOSITIONES in epp. *ad Romanos, et ad Galatas*. T. IV. Extant EXPLICATIONES omnium Psalmorum. T. V. SERMONES ad populum, 1<sup>o</sup>. *de Scripturis Vet. et Nov. Testamenti*, 2<sup>o</sup>. *de tempore*, 3<sup>o</sup>. *de Sanctis*, 4<sup>o</sup>. *de Diversis*, 5<sup>o</sup>. argumenti dubii; universim 314 numero. T. VI. SCRIPTA MORALIA; qualia sunt L. 1. *de Quæstionibus octoginta tribus*, L. 2. *de diversis Quæstionibus ad Simplicium*, 1. *de octo Quæstionibus Dulcitii*, 1. *de Fide et Symbolo*, 1. *de Fide et operibus*; *Enchiridion seu L. de Fide, Spe et Charitate*, 1. *de Agone Christiano*, 1. *de Catechizandis Rudibus*, 1. *de Continentia*, 1. *de Bono conjugali*, 1. *de Virginitate*, 1. *de Bono Viduitatis*, 1. *de Adullerinis conjugis*, 1. *de Mendaciõ*. 1. *cont. Mendacium*, 1. *de Opere Monachorum*, 1. *de Divinatione Dæmonum*, 1. *de Cura gerenda pro mortuis*, 1. *de Patientia*, 1. *de Symbolo*; Item sermones *de Disciplina Christiana, de Utilitate jejunii, de Cantico ad Catechumenos, de Feria 4<sup>a</sup>, de Cataclysmo, de Excidio urbis*. T. VII. LIBRI 22. *de Civitate Dei contra Gentiles*. T. VIII. OPERA POLEMICA contra varios Hæreticos, præcipue MANICHÆOS. Ejusmodi sunt Libri, 1. *de Hæresibus*, Tr. *cont. Judæos*, 1. *de Utilitate credendi*, 1. *de Duabus Animabus, Acta cont. Fortunatum*, 1. *cont. Adimantum*, 1. *cont. epistolam fundamenti*, 33. *cont. Faustum*, 2. *de Actis cum Felice*, 1. *de Natura Boni*, 1. *cont. epistolam Secundini*, 1. *cont. Adversarium Legis et Prophetarum*, 1. *cont. Priscillianistas et Origenistas*, 1. *cont. Sermones Ariarum, Collatio cum Maximino*, 15. *de Trinitate*. T. IX. POLEMICA contra DONATISTAS; nempe *Psalmus cont. partem Donati*; Libri 3. *cont. Epistolam Parmeniani*, 7. *de Baptismo cont. Donatistas*, 3. *cont. Litteras Petilianæ*, 4. *cont. Cresconium Grammaticum*, 1. *de unico Baptismo*, 3. *Breviculi collationum*, 1. *ad Donatistas post collationem*, 1. *de Gestis cum Emerito*, 2. *cont. Gaudentium*. T. X. POLEMICA contra PELAGIANOS et SEMIPELAGIANOS, videlicet Libri 3. *de Meritis et remissione peccatorum, ac Baptismo parvulorum*, 1. *de Spiritu et Littera;*

1. *de Natura et Gratia*, 1. *de Perfectione justitiæ*, 1. *de Gestis Pelagii*, 2. *de Gratia Christi et Peccato originali*, 2. *de Nuptiis et Concupiscentia*, 4. *cont. duas epp. Pelagianorum ad Bonifacium*, 6. *cont. Julianum*, 6. *Operis imperfecti contra eundem*, 1. *de Gratia et libero Arbitrio*, 1. *de Correctione et Gratia*, 1. *de Prædestinatione sanctorum*, 1. *de Dono Perseverantiæ*, 4. *de Origine animæ* Elogium sancti Doctoris in omnium libris prostat. *Editio Francisci Delfau, Thomæ Blanpain, Petri Coustant et Claudii Guenée Parisiis 1679-1701.*

CYRILLUS Ep. ALEXANDRINUS an. 412. creatus, primus Nestorii damnator, Pontificiæ contra eundem sententiæ executor a Cœlestino I. constitutus, hujusque nomine Præses Conc. Ephesino datus, pro fide multa fecit tulitque; pace cum Orientalibus redintegrata demum an. 444. mortuus. Scripsit plurima, ex quibus supersunt *Glaphyra*, h. e. commentarii elegantes in Pentateuchum, LL. 5. *in Isaiam*, commentarii *in Prophetas minores*, LL. 12. *in Joannem*; *Thesaurus* de consubstantiali Trinitate, LL. 17. *de Adoratione et cultu in spiritu et veritate*, L. *de recta Fide* ad Imp. et Imperatrices, LL. 5. *adv. Nestorium*, 10. *adv. Julianum*, 1. *adv. Anthropomorphitas*, 1. *adv. Theodoretum, Apologeticus* ad Theodosium, *Explanatio 12 Capitulorum, Apologeticus* pro iisdem ad Orientales: *Dialogi* 7. *de consubstantiali Trinitate*, 1. *de Incarnatione Unigeniti*, 1. *Quod unus sit Christus*: *Scholia de Incarn. Unigeniti*, *Tractatus brevis de eadem*: HOMILIE 30. *Paschales*, 14. *de rebus variis*: EPISTOLÆ 61. *Effato Cœlestini defensor* fuit Ecclesiæ intrepidus, Doctor Catholicus, vir Apostolicus: *Judicio Photii stylus* ad singularem dicendi formam contortus, ac velut solutum numerosque negligens metrum. *Editio Jo. Aubert Parisiis 1638.*

LEO MAGNUS, celebris jam an. 430. Rom. Ecclesiæ Diaconus, an. 440. electus est in summum Pontificem: quo munere inter barbarorum incursiones et hæreticorum pugnas summa cum laude perfunctus decessit an. 461. Ex ejus Scriptis sunt SERMONES 45. *de Mysteriis Domini*, 6. *de Sanctis*, 34. *de Quadragesima et Jejuniis diversorum temporum*, 6. *de Collectis et Eleemosynis*, 4. *de Assumptione sua et ejus anniversario*, 2. *in Ordinatione Presbyteri et consecratione Episcopi*, 1. *in Reconciliatione hæreticorum*: EPISTOLÆ 141. Laudatur in eo ingenii amœnitas, judicii firmitas, animi fortitudo: *stylus* elegans et facundus. *Editio FF. Ballerini Venetiis 1755-57.*

THEODORETUS mundum an. 387. Antiochiæ ingressus, primam adolescentiam in Ecclesia patria, juventutem in Monasterio posuit. Inde extractus an. 423. Episcopatum Cyrensem in Syria Euphrateâ suscepit, optimus Pastor et orthodoxus Doctor, donec amicitia cum Nestorio et societate cum Joanne Antiocheno inductus an. 430. et 431. ad Cyrilli Alex. et veri Dogmatis oppugnationem converteretur, triennio tamen post cum utroque in gratiam reductus: absens in Latrocinio Ephesino an. 450. sede sua depositus, sed eodem anno Leonis et Marciani opera restitutus ac in Conc. Chalcedonensi receptus, sedit inter Judices Eutychetis ac Dioscori: tandem hæresum omnium sua e Diœcesi exterminator vivere desiit an. 458. in communione Ecclesiæ mortuus, quamvis, salva ipsius persona, scripta ejus contra Cyrillum a Concilio gen. V. fuerint damnata. Præter Refutationem autem 12 Anathematis morum S. Cyrilli, et Fragmentum librorum contra eundem, habentur a Theodoro COMMENTARII sub titulo *Questionum in Octateuchum* seu octo

primos V. T. libros, in *Libros Regum et Paralipomena*; sub nomine proprio autem in *Psalms*, in *Cantica*, in *Jeremiam*, in *Ezechielem*, in *Danielem*, in *minores Prophetas*, in *Pauli epistolas*: LL. 5. *Historiæ Ecclesiasticæ*; L. 1. *Hist. Religiosæ* seu continentis elogia triginta Ascetarum; LL. 5. *Fabularum hæreticarum*, LL. 12. *de Curandis affectionibus Græcorum*, seu contra gentiles; L. 1. *cont. Nestorium*: *DIALOGI* 7. *cont. Hæreticos*; *DD.* 3. qui et inscribuntur *Eranistes* seu *Polymorphus*: *ORATIONES* 10. *de Providentiâ*; Q. 1. *de Charitate*; Q. 1. *in Conc. Chalcedon.* habita; Q. 1. *de S. Joan. Baptista*: *EPISTOLÆ* 34. Magni meriti et nominis scriptor semper est habitus: *Stylus* perspicuus, nec jucunditatis expers, ac sensibus abundans æstimatus. *Editio* Jacobi Sirmondi et Julii Garnerii Parisiis 1648.

TIRO PROSPER, natione Aquitanus, conditione juxta aliquos Laicus, juxta alios Episcopus sive Rhegiensis in Italia, sive Rejenensis in Gallia, delato circa an. 427. Semipelagianorum ad Augustinum errore primum innotuit. Ab eo tempore tum Romam bis profectus tum in Gallia commoratus, continuam contra eosdem pugnam gessit, circa an. 463. mortuus. Ejus opera sunt *COMMENTARIUS* in 51. *Psalms* posteriores: LL. 1. *de Promissionibus Dei*, 1. *de Gratia et libero arbitrio* cont. Collatorem, 1. *sententiarum* 388. ex S. Augustino collectarum: *RESPONSIONES* cont. *Capitula Gallorum*, ad *Objectiones Vincentianas*, ad *Excerpta Genuensium*: *POEMATA*, *Carmen de Ingratis*, *Epigrammata* 2 cont. *Obrectatores S. Augustini*, 116 alia cum præfatione, *Epitaphium Hæresum Nestorii et Pelagii*: *CHRONICON* bipartitum: *EPISTOLÆ* 1. ad Augustinum, et 1. ad Rufinum. Communius eidem adscribuntur *Libri* 2. *de Vocatione Gentium* et *ep. ad Demetriadem*. Censetur Poeta elegans, Orator eloquens, Theologus profundus, Defensor S. Augustini studiosus. *Editio* Lucæ Mangeant Parisiis 1711.

NONNUS sub initium huj. sæc. scripsit *Paraphrasin* metricam in *Joannem*, et *Explicationem historiarum*.

AURELIUS PRUDENTIUS † 410. *Enchiridion utr. Testam. Psychomachiam* seu pugnam vitiorum ac virtutum, *Cathemerinon* seu opus diurnarum rerum, *Apotheosin* seu de Divinitate, *Hamartigeniam* seu de origine peccati, *Περὶ Στέφανου* seu de Coronis, LL. 2. cont. *Symmachum et cultum Deorum*.

SYNESIUS Ep. Ptolemaidis an. 410. præter alia Libros, *de Providentiâ*, *de Regno*, *de Insomniis*, *de Vitæ suæ Instituto*: Hymnos et Epistolas 135.

PALLADIUS Ep. Helenopol. cir. an. 420. *Historiam* de vitis Patrum *Lausiacam* h. e. ad Lausum, *Dialogum* de vita Chrysostomi.

PAULUS OROSIUS cir. an. 420. LL. 7. cont. Paganos; *Apologeticum* cont. Pelag. *Commonitorium* cont. Priscillianistas et Origenistas.

SEVERUS SULPITIUS † 423. Libros 2. *Historiæ sacræ*, 1. *de vita S. Martini*, cum *Dialogis* 3. et *epistolis* totidem.

LEPORIUS an. 425. Libel. *Emendationis* ad *Epist.* Galliæ.

POSSIDIUS Ep. Calamensis an. 430. *Indiculum* scriptorum S. Augustini.

SOCRATES. LL. 7. et HERMIAS SOZOMENUS LL. 9. *Historiæ Ecclesiasticæ*, quam uterque ad an. 439. finivit.

ISIDORUS PELUSIOTA cir. an. 440. L. *adv. Gentes*; Epistolas plurimas de *Interpretatione Scripturæ*.

PROCLUS Ep. Cyzicenus † 446. Homilias sacras 20, Epistolas 7, *Tractatum de Traditionibus Missæ divinæ*.

JOANNES CASSIANUS † 448. Libros 7. *de Incarnatione* adv. Nestorium, *de Institutis Cœnobiorum*, *de Vitiis capitalibus*; *Collationes Patrum*.

MARIUS MERCATOR † 450. *Commonitorium* et subnotationes adv. Pelagianos; *Contradictiones* adv. Nestorii Anathematismos.

CLAUDIUS MARIUS VICTOR † 450. Libros 3. *Carminum* seu *Commentariorum in Genesis*.

CÆL. SEDULIUS † 450. *Carmen Paschale* seu LL. 5. *de Christi miraculis*; *Collationem* V. et N. Testamenti; *Pæan Alphabeticum* de Christo; *Collectaneum*, seu *explicationem* in *epist. Pauli*; LL. 5. *Operis Paschalis* prosaicos.

VINCENTIUS LIRINENSIS † 450. *Commonitorium* duplex adv. hæreticos.

PETRUS CHRYSOLOGUS Ep. Raven. † 451. *Homilias* aut *Sermones* 176.

NILUS † 452. *Expositionem* in *Cantica*; *Capita parænetica*; *Libros et Tractatus* tum asceticos tum morales; *Narrationes* de cæde Monachorum.

EUCHERIUS Ep. Lugdun. † 454. Libros 2. *Instructionum*, 1. *de Formula Spiritualis intelligentiæ*; Epistolas aliquot cum homiliis.

PROTERIUS Ep. Alex. an. 455. epistolam *de Paschate*.

VICTORIUS vel VICTORINUS an. 457. *Epistolam Paschalem* celebrem.

MUSEUS † 458. *Lectiones* Scripturæ pro festis anni et *Responsoria* *Psalmodiorum*.

DRACONTIUS † post medium Seculi, *Carmen heroicum* in *Hexameron*.

BASILIUS Seleuciensis † post med. sec. *Orationes* 61. in V. et N. Testam. *Demonstrationem* cont. Judæos de Adventu Christi; LL. de S. Thecla et Stephano.

SALONIUS Eucherii filius post med. sec. *Expositionem* in *Parabolas Salomonis*, et *Dialogum* in *Ecclesiasten*.

ABNOBIUS Junior cir. an. 460. *Comment.* in *Psalms*; *Annotationes* in *Evangelia*; *Conflictum* cum Serapione.

MAXIMUS Taurinensis † 466. *Homilias* hyemales, æstivas, de sanctis, et *miscellaneous*.

IDACIUS Ep. Aquæflaviensis † 468 *Chronicon* et *Fastos Consulares*.

CLAUDIUS MAMERTUS † 470. Libros 3. *de statu animæ*, *Carmen contra vanos Poetas*; *Hymnum de Passione Domini*.

GREGENTIUS cir. an. 470. *Disputationem* cum Herbario Judæo; *Nomothesium*.

GENNADIUS Ep. Constantinopolitanus † 471. *Epist.* encyclicam adv. *Simoniam*.

GELASIUS *Cyzicenus* cir. an. 476. Libros 3. *Historiæ de Conc. Nicæno*.

EUGENIUS Ep. Carthag. cir. an. 480. *Confessionem fidei*, et *Altercationes* cum Arianis.

APOLLINARIS SIDONIUS Ep. Arvernorum † 482. LL. 9. *Epistolarum* et 24 *Carmina*.

VIGILIUS Ep. Tapsensis cir. an. 484. Libros 5. pro *defensione* *Conc. Chalcedonensis*, 12. *de Trinitate*; 1. *de Unitate* cont. *Palladium*; *DIALOGOS* 2. *interlocutoribus* Athanasio et Ario, Sabellio et Photino, 1. *interloc.* Augustino et Pascentio.

GENNADIUS Presb. Massiliensis cir. an. 495. L. *de scriptoribus Ecclesiasticis*, L. *de Fide* seu *Dogmatibus* Ecclesiæ.

GELASIUS P. R. † an. 496. præter epistolas, *Decretum de Libris* *Canonicis*,

Ecclesiasticis et Apocryphis; Libel. de *duabus in Christo naturis*; L. contra Lupercalium cultores; Exemplar *gestorum de absolute Miseni*; Tomum de Anathematis vinculo.

RUSTICUS ELPIDIUS an. 498. Epigrammata de *historiis V. et N. Testamenti*; Hexametrum de *beneficiis Christi*, Carmen in *Consolationem doloris sui*.

JULIANUS POMERIUS cir. an. 498. LL. 3. de *Vita contemplativa*.

SALVIANUS † cir. finem seculi LIBROS 7. de *Providentia et gubernatione Dei*; 4. adv. *avaritiam Clericorum*; pro *conciliandis Scripturæ Antilogiis*: Epistolas 9.

ANDREAS Ep. Cæsareensis COMMENTARIUM in *Apocalypsin*.

*Fragmenta* supersunt:

EX POLYCHRONII Ep. Apamæensis Commentariis in Cantica, Jobum et Ezechielem;

EX ARCHELAI Ep. Cæsareens. Anathematismis cont. Messalianos;

EX THURIBII Commonitorio et Epistolis;

EX EUSTATHII Ep. Beritensis apologia pro epistola Leonis;

EX AMMONII Ægyptii L. cont. Monophysitas et Expositionem in Acta Apostolorum.

EX CANDIDI LL. 3. historiarum.

*Inedita* aut *perdita* memorantur:

MACARII ROM. L. adv. Mathematicos;

PAULI Ep. Libellus de Pœnitentia;

PHILIPPI PAMPHYLI L. adv. Julianum;

NICÆÆ Instructio ad Neophytos;

JOSEPHI CHRISTIANI Hypomnesticon;

SYAGRI de fide adv. hæreticos;

VICTORIS Ep. Cartemensis L. adv. Arianos et Homiliæ.

SECULUM VI.

FULGENTIUS an. 468. Leptinæ in Africa natus, græce latineque ab adolescentia eruditus, Procuratione patriæ urbis aliquandiu gesta, vitæ tandem monasticæ totum se dedit, variis in monasteriis commoratus. Episcopatum, quem Vintæ effugerat, Ruspæ suscipere an. 508. coactus, paulo post cum plurimis Africæ Episcopis exul in Sardiniam a Thrasimundo Rege deportatur. Hoc mortuo an. 525. ad sedem Ruspensem redire permissus, scriptis pluribus, et actis Conciliaribus clarus, cœlum an. 533. ingreditur. Ex illius Operibus supersunt LIBRI 3. ad *Thrasimundum*, 3. ad *Monimum*, 3. de *Veritate prædestinationis et gratiæ*, 2. de *Remissione peccatorum*, 1. de *Fide orthodoxa* et diversis erroribus hæreticorum, 1. de *Trinitate*, 1. de *Incarnatione Christi*, et vilium aut noxiorum procreatione, 1. de *Incarnatione et gratia Christi*, 1. de *Prædestinatione et gratia*, 1. de *Fide ad Petrum*, 1. cont. *Arianorum objectiones*, 1. cont. *Sermonem Fastidiosi Ariani*; *Sermones* 13. varii argumenti; *Epistolæ* 12. inter quas una Episcoporum exulum nomine scripta. Habebatur sui seculi Augustinus. *Stylum* et auctorem designat Isidorus Hisp. his verbis: « In confessione fidei clarus, in scripturis divinis copiose eruditus, in loquendo dulcis, in docendo ac disserendo subtilis. » *Editio* Lucae Mangeant Parisiis 1684.

GREGORIUS, cognomento MAGNUS, an. 540. Romæ et natus et Prætor urbi datus, post patris obitum ditissima hæreditate foundationi monasteriorum sex in Sicilia et unius ad S. Andream intra urbem patriam impensa, in postremo quoque seipsum Deo consecravit. Saluti animarum se daturus, etiam impetrata in Angliam missione, sed populi postulatione revocatus ex itinere et ordinatus Rom. Ecclesiæ Diaconus an. 578. Constantinopolim Pontificis legatus abiit; ubi Eutychio Patriarchæ errorem resurrectioni carnis oppositum exemit. Redux an. 585. Romam, Pelagium Pontificem in scribendis literis juvit, eidem demum an. 590. succedere in Pontificatu coactus. Egredere hic scripsitque plurima pro fidei propagatione et unitate, sanctitate morum et disciplinæ puritate, postrema ætate passim valetudinarius, tandem. an. 604. mortuus. Opera ejus propria et certa sunt LIBRI 33. *Moralium* sive in Jobum, 2. in *Ezechielem*, 2. in *Evangelistas*, 4. *Dialogorum*, 1. de *Cura pastoralis*, 14. *Epistolarum*. Habentur ab eodem, sed forsan cum additamento alieno, Libri 6. Expositionum in L. 1. Regum; 1. in Cantica, 1. in Psal. Pœnitential. Illius elogium hoc scripsit Isidorus Hispalensis: « Tanto per gratiam. S. Spiritus scientiæ lumine præditus, ut non modo illi præsentium temporum quisquam doctorum, sed nec in præteritis illi par fuerit unquam. » Quod si quibusdam exaggeratum videatur, ejus tamen scriptis cum pietate eruditionem, *stylo* autem cum claritate elegantiam negabit facile nemo. *Editio* Dionysii Sammarthani Parisiis 1703.

LAURENTIUS Ep. Novariensis cir. an. 507. scripsit homilias 3.

EPIPHANIUS Scholasticus cir. an. 510. *Codicem encyclicum* seu Syntagma epistolarum synodaliū pro Conc. Chalcedonensi.

ORENTIUS Ep. Eliberitanus cir. an. 516. *Commonitorium* fidelium carm. hexametro.

FELIX ENNODIUS Rom. Diaconus † 521. *Apologeticum* pro Syn. Palmari; *Panegyricum* Theodorici; *Eucharisticum* pro sua vita; *Parænesin* didascalicam; *Præceptum* de Cellulanis Episcoporum; *Petitorium* pro absolute Gerontii; *Dictiones Sacras* 6; *Ethicas* 5; *Scholasticas* 7; *Controversias* 10; *Benedictiones* Cerei Paschalis 3; *Libros epistolarum* 9; *Carminum* 3.

MANLIUS SEVERINUS BOETIUS cir. an. 523. præter Oratoria et Philosophica plura, LIBROS 5. de *consolatione Philosophicæ*, 1. de *unitate et uno*, 1. quod *Trinitas sit unus Deus*, 1. *Utrum Pater, Filius et Spiritus S. de divinitate substantialiter prædicentur*: *Fidei confessionem* seu brevem Religionis institutionem.

PROCOPIUS GAZÆUS cir. an. 524. *Commentar.* in Heptateuchum; *Scholia* in LL. Regum et Paralipom. *Commentar.* in Isaiam et Proverbia, *epistolas* 60.

ALCIMUS AVITUS Ep. Viennensis † 525. REFUTATIONEM Arianorum, Nestorianorum, Eutychetis et Pelagii; LL. 9. *epistolarum*; *Homilias* et *Carmina* de historiis V. Testamenti.

JOANNES MAXENTIUS Scythæ Monachus cir. an. 525. *Catholicam* de Christo *professionem*; *breviorem fidei aliam*; *Anathematismos* 12. cont. Nestorianos; LL. 2. *Dialogorum* cont. eosdem; Libel. cont. *Acephalos*; *Rationem adunationis Verbi* ad carnem; *Responsum apologeticum* ad Hormisdæ epistolam; *Epistolam* ad Pontificis Legatos Constantinopoli agentes; *Scholia in Dionysii opera*.

ZACHARIAS Scholasticus cir. an. 536. *Dialogum* cont. Philosophos, et *Disputationem* de 2 Principiis Manichæorum.

CÆSARIUS Ep. Arelatensis † 342. *Homilias* 10, *Regulā* pro Monachis et pro Monialibus; *Echortationes et epistolas* ad Religiosos; *Testamentum*.

EPHREMIUS SYRUS cir. an. 346. LL. 3. *pro dogmatibus Ecclesiasticis* et syn. Chalcedonensi.

FULGENTIUS FERRANDUS † 530. *Breviationem Canonum Ecclesiasticorum*; *Paraneticum*; *vitam S. Fulgentii*; *epistolas sex*.

ARATOR cir. an. 530. *Historiam Apostolorum* carmine epico.

FACUNDUS Ep. *Hermianensis* cir. an. 531. LL. 12. *pro defensione trium Capitulorum*; 1. cont. Mutianum Scholasticum.

DIONYSIUS *exiguus* † 535. *Codicem Canonum Ecclesiasticorum et Decretorum Pontificiorum*; *Epistolas Paschales* et *Cyclum Paschalem*.

EUGYPIUS Abb. Africanus cir. an. 535. *Thesaurum* ex sententiis S. Augustini.

LIBERATUS cir. idem tempus *Breviarium* seu *historiam*.

PRIMASUS Ep. Adrumetinus cir. an. 536. *Commentar.* in epp. Pauli et Apocalypsin.

JUNILIUS Ep. Afer cir. idem tempus LL. 2. *de partibus divinæ legis*.

MAGNUS AUREL. CASSIODORUS ab an. 537. ad 562. usque, præter profana, *Commentarium* in Psalmos; *Historiam Eccles. tripartitam*; *Computum Paschalem*; LIBROS 12. *de gestis Gothorum*, LL. 12. *Epistolarum*.

PROCOPIUS post. an. 562. adhuc vivus, LIBROS 4. *de Persico*, 2. *de Vandalico*, 4. *de Gothico bello*, 6. *de ædificiis Justiniani*; *Historiam arcanam Justiniani*, Theodoræ etc.

VICTOR. Ep. Tunnunensis an. 565. clausit *Chronicon* rerum gestarum.

NICETIUS † an. 568. *TRACTATUS de Vigiliis sanctorum*, et *de Bono pœnitentiæ*; epist. ad Justinianum.

JOANNES CLIMACUS cir. an. 570. *Scalam paradisi*, L. *ad Pastorem*.

COSMAS *Indicopleustes* cir. an. 576. *Topographiam Christianam*.

EUSTRATIUS Constantinopolitanus † 578. L. *de statu vita functorum*.

JOANNES SCHOLASTICUS † 578. *Collectionem Canonum*; *Nomocanonem*; *Capita Ecclesiastica*.

MARTINUS Ep. Bracarenensis † 580. *Collectionem Canonum*; *sententias Patrum Ægyptiorum*; *Formulam honestæ vitæ*.

EVAGRIUS *Scholasticus* an. 594. finit LL. 6. *Histor. Ecclesiasticæ*.

GREGORIUS Ep. *Turonensis* † 595. LIBROS 10. *Historiæ Francorum*, ejusque *epitomen*; 7. *Miraculorum*; 4. *de S. Martino*; 2. *de gloria Martyrum*; *de gloria Confessorum*; 1. *de Vitis Patrum*.

LEANDER Ep. Hispalensis † 595. *Regulam* de Institutione Virginum et Contemptu mundi.

ANASTASIUS SINAITA † 599. *Hodegon* seu *Ducem viæ* adv. Acephalos; *compendiariam fidei institutionem*; *Quæstiones* et *Responsa* in Scripturam; LL. 11. *contemplationum* in Hexameron; *Orationes Dogmaticas* et *Homilias* varias.

LEONTIUS BYZANTINUS † sub finem seculi LIBROS 10. *de sectis* 3. cont. Nestor. et Eutychianos, 2. cont. Apollinaristas; *solutiones argumentorum Severi*; *Definitiones* cont. eos qui negant duas in Christo naturas.

VENANTIUS FORTUNATUS Ep. Pictaviensis † post sec. sextum LIBROS 11. *Pœmatum* sacrorum, 4. *Carminum* de vita S. Martini; *Hodæpericon* seu *Via-*

teum ad Justinum; *Carmen* ad Artachin; *Expositionem fidei*, *Symboli Apostolorum*, *Orationis Dominicæ*, cum vitis plurium sanctorum.

Fragmenta aut perditia memorantur THEODORI histor. tripartita; ANTHIMI Trapezuntini Sermo prosphoneticus et epistolæ; LEONTII Cyprii Apologia pro Christianis cont. Judæos; VICTORIS Ep. Capuani Cyclus Paschalis; SEVERI Ep. Malacitani Libel. adv. Vincentium Arianum, alius ad Sororem de Virginitate.

## SECULUM VII.

ISIDORUS, ad distinctionem a Cordubensi Junior dictus, e Gothorum stirpe, patre Severiano Carthaginis Duce prognatus, fratres Episcopos Fulgentium et Leandrum habuit, postremo successor in Sede Hispalensi an. 595. suffectus. Disputatione contra Hæreticos, Conciliorum celebratione et præsidio, calamo item voce et exemplo, fidem, mores et disciplinam in Hispania multum promovit, an. 636. sanctissime mortuus. Scripsit autem *Proœmia* in Libros Vet. et Nov. Testamenti; *Commentaria* in lib. V. T. historicos; *Expositionem* in Cantica; *QUESTIONES* et *EXPOS. de Christi Nativitate, Passione, Resurrectione, Regno et Judicio*; L. *Allegostrarum* quarundam Scripturæ. Præterea LIBROS 20. *Originum* seu *Etymologiarum*; 3. *Sententiarum* seu de summo Bono; 2. *Synonymorum* seu *Soliloquiorum*; 2. *de Differentiis* seu proprietate verborum; 2. *de Officiis divinis*; 2. cont. *Nequitiam Judæorum*; 1. *de Ordine creaturarum*; 1. *de Contemptu mundi*; 1. *de Vocatione gentium*. Item *Echortationem* ad pœnitentiam; *Normam vivendi*; *Regulam Monachorum*; *Orationes* ad flenda peccata, et contra diaboli insidias; *Epistolas* varias; *Lamentum Pœnitentiæ*, carmen; denique *Collectionem canonum et decretalium*; *Chronicon*; *Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum*; *Historiam Gothorum, Vandalorum, Suevorum*. Conc. Toletanum VIII. nominat illum seculi sui Doctorem egregium, Ecclesiæ catholicæ decus, seculorum finitorum doctissimum, cum reverentia nominandum. *Editio* Faustini Arevalo Romæ 1797.

MAXIMUS MARTYR, Constantinopoli an. 580. natus, ex Heraclii aula Chrysopolin in monasterium secedens monachus, postea Abbas ibidem evadit. Perpetua Monothelismi oppugnatio ipsum non tantum in disputationem semper victricem an. 645. cum Pyrrho Patr. Constantinopolitano, an. 649. cum Theodosio Ep. Cæsareensi, et postea cum Paulo Consule induxit; sed voluntario primum in Occidentem exilio, dein vinculis et vexationibus gravissimis ad mortem usque objecit, quam in carcere an. 662. gloriosus fidei Confessor oppetiit. Scripta ab eodem extant *Quæstiones* 65. in locos Scripturæ difficiles, item breviores 79; *Expositio in Psalmum 59*, et *Orationem Dominicam*; *Mystagogica* seu expositio Liturgiæ; *Dialogi* 5. *de Trinitate*; *CAPITA* 200. *de Theologia et Filii in carne dispensatione*, 500. *diversa Theologica et Œconomica deque virtute ac vitio*; *Libri aut Tomi de Substantia, Natura, et Hypostasi*; *de qualitate, principio, et differentia*; *de Christi Mysterio*; *de duabus Christi naturis*; *de duabus Christi voluntatibus*; *Non posse dici unam in Christo voluntatem*; *de duabus in Christo operationibus*; *Definitiones Patrum de duabus in Christo operationibus*; *Acta disputationis cum Pyrrho*; *Contra Ecthesin Heraclii*; *Definitiones distinctionum*; *Definitiones* variæ; ad Marinum tum Presbyterum tum Diaconum; *Centuriæ* 4. *de Charitate et virtutibus Christianis*; *Lib. Asceticus de vita pie instituenda*; *Epis-*